ab iſto loco miliaribus ſeptem. et tamen vix ad dimidium diſtare videtur.

De locis in deſcenſu montis Oliueti.

Bitur per aliā viam deſcendentes de monte oliueti. Primū in quandā veni-
mus eccleſiā vbi ſancta Pelagia requieſcit. vbi etiam dum viueret rigidiſſimā
penitentiā et arduiſſimā exegit. Inde paulopoſt venimus in villā Bethpha-
ge vnde xp̄s miſit duos diſcipulos Hieroſolymā die ip̄a palmarū dicēs eis.
Ite in caſtellū qđ cōtra vos eſt: et ſtatim inuenietis aſinā alligatā ꝛc.
Inde haud procul venimus in eccleſiā ſancti Marci euangeliſte. quo in loco apoſtoli
poſt chriſti aſcenſionem ſymbolum fidei cōdiderunt. ſinguli ſingulos articulos ſpiritu
haud dubium dictante diuino depromentes.
Inde iterū nō longe eſt alia quedā deſolata eccleſia in eo loco quondam cōſtructa. vbi
chriſtus diſcipulis ſuis modū orandi tradidit dicens. Cum oratis ita dicite. Pater no-
ſter qui es in celis ꝛc. Inde paululū deſcendentes ad lapidē quendā venimus. ſup
quo virgo glorioſa maria ſolita erat quieſcere. quādo loca iſta ſacra frequēter peragrās
atq; deuotiſſime viſitans ſepius fatigabatur.
Poſtmodū ad eccleſiā ſancti Jacobi minoris primi Hieroſolymoꝝ epiſcopi deſcendi-
mus. In eo loco chriſtus poſt ſuā reſurrectionē eidem apoſtolo apparuit. in quo etiā lo-
co poſt mortē ſuā ſepultus fuit. licet poſtea inde fuerit tranſlatus. Nam iudei ip̄m oſten-
dentem xp̄m eſſe filiū dei: de pinnaculo templi precipitauerūt. et cum adhuc conſtanter
xp̄m predicaret. quidā cum partica fullonis cerebrū eius excuſſit.
Inde nō longe ſepulchrū extat Zacharie ꝓphete. vnde profecti in locum venimus vbi
quondam erat villa Bethſemani.

De locis in valle ſub monte Oliueti.

Andem in vallem vſq; deſcendimus vbi turris quedā ſtat. in qua Abſolon
dicitur fuiſſe ſepultus. et ibi eſt magnus aceruus lapidū. quia pagani via illa
tranſeuntes. lapides per feneſtrā quandā in turrim ꝓijciunt. quaſi exprobrā-
tes et vindicare volentes eius inobedientiā et rebellionē aduerſus patrē ſuū
dauid. quē fugatum de ciuitate perſequebat̄ vt habetur. ij. Regum. xv. et tribus ſequen-
tibus capitulis. Inde venitur in vallem Siloe. In pede vero montis oliueti ad leuam
locus oſtenditur vbi Judas laqueo ſe ſuſpendens. crepuit medius. In huius vallis ſy-
loe introitu. fons quidam ſatis clarus reperitur aliquantulum ſub terra ſcaturiens. vbi
virgo glorioſa pannos illos ſepenumero lauit. quibus filium ſuum adhuc infantulum
inuoluit. Inde venimus ad natatoriā Syloe. ad quam chriſtus cecum natum cum fe-
ciſſet lutum ex ſputo et inde liniuiſſet oculos eius miſit dicens. vade et laua in natatoria
ſyloe. Qui abijt et lauit et venit videns. que hiſtoria per longum texitur. Johannis no-
no capitulo.
Inde pergentes locum illum vidimus iuxta arborem quandā. vbi Eſaias propheta li-
gnea ſerra per medium ſectus fuit iuſſu Sedechie regis. Et eſt ibi ortus olerū ꝛc. Ibi
etiam multe ſunt cauerne et latibula ſiue receptacula. in quib; apoſtoli et alij ſancti plu-
res ob metum iudeorum latuerunt.
Inde digreſſi ad agrum peruenimus Achaldemach. id eſt agrum ſanguinis. qui em-
ptus fuit triginta argenteis mercede ſcilicet chriſti traditionis in ſepulturā peregrino-
rum. et valent tres ex illis denarijs vnum ducatū. Eſt autē ager ille predictus quattuor
muris incluſus in modum turris. ſuperius teſtudine coopertus. habens foramina de-
ſuper diſtincta ſeptem. per que defunctorum corpora chriſtianorū intus proijciuntur.
fecitq; eum ſancta Helena in hanc redigi clauſuram. Eſt autem latitudinis quinqua-
ginta pedum. longitudinis vero ſeptuaginta duorum.
Omnibus his viſitatis locis Hieroſolymā reuertebamur ex itinere tanto nōnihil fati-
gati. iam enim refectionis hora inſtabat. qua expleta quieti feſſa dedimus membra.

De tranſitu in Bethleem et de locis adia-
centibus.

Eſpere itaqꝫ factō. die qua ſupra id eſt. xiiij. Julij que feſtum erat diuiſionis
apoſtoloꝝ. in montē Syon perreximus ad fratres. vbi paratos inuenimus
aſinos. quibus aſcenſis in Bethleem vſqꝫ ꝑequitauimus. que quinqꝫ leucis ab
Hieruſalē diſtat. Exeuntes aūt Hieroſolymā ad duo miliaria. venimus ad
locū vbi ſtella reapparuit magis. q̄ diſparuerat ipis Hieruſalē intrantib⁊. de qua Mat
theus dicit. Ecce ſtella quā viderāt magi in oriente antecedebat eos: vſqꝫ dū veniēs ſta
ret ſupra vbi erat puer. Deinde ad quandā venimus eccleſiā cōſtructam in loco vbi ꝓ=
pheta Helias natus fuiſſe perhibetur.

Inde nō longe locus oſtendit̃ vbi angelus dn̄i Abacuc ꝓphetam cincinno capitis ſui
ſublatum. tranſtulit in Babiloniā. depoſuitqꝫ iuxta lacum leonū in quo erat Daniel ꝓ=
pheta quē Abacuc allatis cibis et potu aque refocillauit. Ibi ꝓpe loc⁹ eſt in quo patri=
archa Jacob morat⁹ dicit̃. vbi et ſepulchrū eſt Rachelis ſue cōthoralis ſub quercu ⁊c̄.
Inde in Bethleem vſqꝫ pergentes. ad eccleſiā mire pulchritudinis ꝑuenimus in hono
re virginis cōſecratā. longitudo eius ducentoꝝ vigintiocto pedū. latitudo vero octogin
taſeptē. Mox vbi illo venimus. fratres minores ꝓceſſionē ordinauerūt. quā nos accen
ſas geſtantes in manibus candelas: e veſtigio ſequebamur. Primūqꝫ venimus per am=
bitum monaſterij ad quoddā altare. ibi eſt locus vbi chriſtus eſt circumciſus.

Inde ꝓceſſimus ad aliud quoddā altare. ibi eſt locus vbi tres reges munera ſua apta=
bant et dona: dn̄o offerenda.

Inde per gradus quoſdā lapideos deſcendimus in quandā capellā pulcherrimā ſed
paruā. ſecus cuius altare maius eſt locus xp̄i natiuitatis quondā diuerſoriū. locus vti=
qꝫ ſacratiſſimus. vbi puerpera beata virgo maria ſolē iuſticie regē peperit ſupremū.

Inde ꝓcedentes venimus ad aliud quoddā altare ſub rupe quadā exciſum. vbi magi
dn̄o aurū. thus. et mirrhā obtulerūt. Ante dictū altare eſt loc⁹ vbi erat ꝑſepe in qđ bea=
tiſſima virgo et mater natū filiū reclinauit. vilibus panniculis inuolutū. Retro vero di
ctum altare multa ſanctoꝝ Innocentū ibidē ab Herode interfectorū corpora multo
tp̄e incognita iacuere. Unde in ambitū monaſterij reuertentes. in aliā quandā per gra=
dus lapideos deſcendim⁹ capellā. in honore glorioſi Hieronymi dedicatā. vbi et cor=
pus ſuū multo iacuit tempore humatum. donec tandē Rhomā ad ſanctā mariā maio
rem fuit tranſlatum. In eodem loco ipe glorioſus et laborioſus doctor eccleſie bibliam
de hebreo tranſtulit in latinum. et grecū. et manſionē illic multo tempore habuit. ſuāqꝫ
eximiā peregit deuotionē ſimul et ꝯuerſationē. Illic non longe aliud eſt quoddā altare.
vbi ſanctus Euſebius eiuſdē Hieronymi diſcipulus et imitator ſtudioſus fuit ſepult⁹.
Inde exeuntes in ambitum ſepedicti venimus monaſterij. vbi terminata ꝓceſſione illic
quieuimus. manducauim⁹. et bibimus. manſimuſqꝫ vſqꝫ poſt mediā noctē. extunc enī
fratres miſſas celebrauerūt in locis ſupradictis donec illuceſceret. Latior ipius Beth
leem et locorū ei adiacentiū deſcriptio infra habetur.

De reditu ex Bethleem in Hieruſalem.

Ane igit̃ facto die. xv. Julij regreſſi ſum⁹ ex Bethleem in Hieruſalē per aliā
viā. Inſidiantibus aūt nobis paganis haud inſcijs noſtris cōductorib⁊. nec
obſtante ſalua guardia. inuaſerunt nos Arabes et vigintiquattuor ducatos
exegerūt a nobis. quos et ſoluimus vt vitā redimeremus.

Uenientes aūt inter redeundū venim⁹ ad quandā eccleſiā deſolatā dictā ad ſanctū Ni
colaum. q̄ diſtat a Bethleem per leucā vnā. ibi ſanctus Paulus prim⁹ heremita. et ſan=
ctus Euſtachius perhibent̃ fuiſſe ſepulti. Illic ꝓpe alia eſt quedā eccleſia ad beatā vir=
ginē nuncupata. in eo loco vbi xp̄o nato angelus ad paſtores ait. Annuncio vobis gau
dium magnū. qꝛ natus eſt nobis hodie ſaluator mundi. Ex eadē eccleſia nullus lapis
a paganis quacūqꝫ p̄t ſubtrahi virtute aut ingenio vel arte aufferri. Qui vero id preſu=
munt vel ſubito ꝑiclitant̃ vel etiā moriūtur. ſed nec iumēta puta equi vel aſini illi p̄nt lō
co abſqꝫ ꝑiculo ꝓpinquare vt certa cōperim⁹ relatione. Ibi etiā ꝓpe ſunt grandes quedā
oliue in loco vbi facta eſt angelo priori multitudo celeſtis exercit⁹ laudantiū et dicentiū
nato iā xp̄o. gloria in excelſis deo.

Inde nō longe eſt quedā capella in eo loco vbi angelus dn̄i in ſomnis apparuit Joſeph

dicēs. Surge et accipe puerū et matrē eius et fuge in egiptū. et eſto ibi vſqꝫ dū dicā tibi. Ibi etiā eſt ſepulchrū duodecim ꝓphetarū. Ibi etiam mons quidā eſt in quo dauid goliam funda et lapide ꝓſtrauit. Ibi et ager Ecos vbi idē dauid leonē interfecit et vrſum. Inde ad domū venimus Zacharie. in quam poſt ſalutationē angelicam et chriſti cōceptionem virgo abiens in montana cum feſtinatione intrauit et ſalutauit Eliſabeth. canticumqꝫ illud dulciſſimū dictauit. Magnificat anima mea dominū. In ſuperiori eiuſdem domus loco. quondaꝫ fuit eccleſia hodie penitus deſtructa in eo fundata loco vbi Zacharias repletus ſpiritu ſancto ꝓphetauit dicens. Benedictus dominus deus iſrael quia viſitauit et fecit ꝛc. Ubi etiam poſtulans pugillarē. ſcripſit de filio ſuo Johannes eſt nomen eius. Ibi ꝓpe oſtenditur locus natiuitatis ipſius chriſti p̄curſoris Johannis Fuitqꝫ ibi quondā eccleſia q̄ hodie deſolata ſtabulum preſtat iumentis aſinis et equis.

Poſtea ad Symeonis iuſti et timorati habitationē venimus. qui chriſtum preſentatū in templū: in vlnas ſuas accepit dicens. Nunc dimittis dn̄e ſeruū tuum in pace ꝛc.

Paulopoſt ad duas leucas ab Hieruſalē ad quoddā venimus clauſtrum ad ſanctum crucem appellatū quod greci monachi inhabitant. in quo iuxta maius altare olim arbor quedam dicitur ſtetiſſe. de cuius ligno crux chriſti dicitur facta fuiſſe. Prope illud monaſteriū dicit̄ quondā fuiſſe ortus egregius et cōcluſus Salomonis.

Inde pergentes Hieroſolymā. vidimus in valle clauſtrum quoddā quod ad ſanctam Saba dicitur. qui illic quondā abbatis officio functus. plurimis prefuit monachis. quorum numerus ad. xiiij. milia dicit̄ interdum excreuiſſe.

Igitur die qua ſupra ſcꝫ. xv. Julij Hieroſolymā rediuimus circa horam prandij. facta qꝫ refectione quieuimus paululū. eo ꝙ nocte ſubſequēti in templū dominici ſepulchri ſecundo dicebamur admittendi. Nam ter in ipm peregrini ex more veteri intromittunt̄ Adueniente ergo hora ſeptima noctis. apertis templi oſtijs ingreſſi. illic manſimus per noctem totā. et quiſqꝫ pro voto ſancta viſitauit loca. In aurora diei craſtine. id eſt. xvi. Julij ex noſtris cōperegrinis nobilibus pleriqꝫ cingulū accipientes militarē. et cōſuetas cerimonias de more obſeruationeſqꝫ peragentes clam ipis paganis qui id nō bene ferunt/ gloriā adepti ſunt militarem. Quibus rite expletis. fratres ſepedicti miſſas in dominico celebrauere ſepulchro in loco crucifixionis chriſti mōte ſcꝫ caluarie. quo facto iterū templū egreſſi: in noſtro nos collegimus hoſpitio. quieti ꝛ refectioni cōgruam operam dantes. eo ꝙ eodē ſero in Bethaniā equitare oportebat ꝛc.

De tranſitu ex Hieruſalem in Bethaniam.

Igitur die qua ſupra id eſt. xvi. Julij circa horā veſperarū ꝓfecti de monte Syon: venim⁹ in aſinis noſtris in Bethaniā. q̄ eſt retro montē oliueti. diſtās ab Hieruſalē quattuor leucis. Illic eccleſiā ingreſſi. monumentū vidimus in quo Lazarus iacuerat quatriduanus. quē Jeſus a mortuis ſuſcitauit. Inde nō longe eſt domus Symonis leproſi. qui rogauit Jeſum vt manducaret cū eo. Et eo ibi diſcumbente maria magdalena afferens allabaſtrū vnguēti. ſecus pedes dn̄i aſtans inceſſanter crine ſoluto diua veſtigia eius oſculabatur. lachrymis plena atqꝫ irrigabat detergebatqꝫ officio capillorum.

Ibi prope eſt domus Marthe hoſpite dn̄i. domus quoqꝫ marie magdalene. quib⁹ viſis Hieroſolymā denuo repedauimus.

In craſtino id eſt. xvij. Julij. cōtractum fecimus cum dn̄is in Hieruſalem ſup ꝯductu et ſalua guardia vſqꝫ in montē Synai. et inde vſqꝫ in ortum balſami. de quo infra patebit in ſecunda huius operis parte latius.

De tranſitu ex Hieruſalem ad Jordanem.

Oſtera die. id eſt. xviij. Julij arripuimus iter verſus Jordanē. licet multe nobis occurrerēt difficultates. perrexerūtqꝫ nobiſcum aliqui ex fratribus montis Syon cōcomitantibus ſimul et conducentibus nos quibuſdam paganis. propter Arabes ne in eorum manus incideremus. vnde et multam ſatis erogauimus pecuniam. Tranſiuimus autem per montem Oliueti verſus Bethaniam et tandem venimus ad quandā habitationē vbi quondam fuit clauſtrum. hodie vero